



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. VIII. De Franc-Armenis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

CAPVT VIII.

DE FRANC-ARMENIS.

AD Armeniorum conuersionem anno 1337. temporibus Ioannis XII. Papæ, missus est B. Bartholomeus Parvus Bononiensis, Ord. S. Dominici Sodalis, & primus Archiepiscopus Nexianensis, qui non sine opinione sanctitatis defunctus, quiescit in Carnâ opido ac monasterio sui ordinis. Ab isto Bartholomeo, iusque socijs, Armeniæ Maioris incolæ doetrinam Orthodoxam hauserunt, quam hodieque retinent, ideoq; Franc-Armeni nuncupantur. Turcæ enim Persæ, alijque Orientis populi, Christianos homines Europæos vulgo Francos nominant. Sunt autem Franc-Armenorum hodieque multa millia, quibus Archiepisc. Nexianensis præst, qui (vt & alij omnes illius prouinciae sacerdotes ac monachi) institutum S. Dominici sequitur. Opida quæ Franc-Armeni incolunt, sunt: *Ista, Nexianum, Abbaranum, Abbragonum, Carna, Saltach, Hascassen, Meascen, Carsan, Xhabunis, Giahug, Caragus, Chensug & Artach;* quibus in opidis monasteria non pauca Dominicani sodales habent. Nexianensis basilica Archiepiscopal is in Mosqueam per Mahumetanos est cōuerfa: ideoq; solet Archit-

chiepiscopus residere in æde ac monasterio
Abbaranensi, quod diei vnius spatio à Nexi-
uano distat. Fuit autem Nexiuaniensis basi-
lica cathedralis, S. Thomæ Apostolo sacra.
Ad cuius Ecclesiæ Archiepiscopatum à Cle-
mète VIII. anno M. D.C.IV.promotus est
Azarias Fridonius, natione Armenus, Ordi-
nis S. Dominici , qui confirmationis obti-
nendæ caussa ex Armenia in Vrbem vene-
rat.Nexiuani pòrrò situm est in Armenia
maiore, sub ditione Persarum.

C A P V T I X.

DE MELCHITIS, SEV GRAECIS
Schismaticis.

Melchitæ dicuntur à vocabulo *Me-*
lech, quod Regem seu Principem
sonat, eò quòd isti in negotio Reli-
gionis olim soliti sint sequi exemplum &
auctoritatem Imperatorum Constantino-
politanorum. Huius generis sunt Græci o-
mnes, qui per Asiam ritus Græcorum ob-
seruant, quique Patriarchis Constatinopo-
litano, Antiocheno, Alexandrino & Iero-
solymitano parent. Ex his Antiochenus nō
Antiochiæ, sed Damasci residet.

Quatuor isti Patriarchæ, ut vocant, Mel-
chitæ solent ab Episcopis prouinciarum